

PER. *Capsula* Ceraſtii.

SEM.

Color floris intus quaſi luteus ob ſtamina & Piſtilla occupantia totum florem; petalorum vero ſubalbidus. Planta pulcre viridis, nec ad incanam faciem ita vergit ut aliæ Ceraſtii ſpecies; in initio nunquam vidi viſcoſam, ſed leviter tantum in antiquis.

29. CERASTIUM *vulgatum* floribus decandris, petalis ſubtridentatis, calyce majoribus.

Myofotis hirsuta altera viſcoſa. *Tournef. inſt.* 245?

Habitat in campis elevatis nudis circa Madritium, imprimis ſupra monaſterium St. Bernhardi, vere.

Radix ſimplex, descendens, annua, demum fibroſa, arcte adhærens.

Caulis ſolitarius, erectus, villoſus villis gluten ſecernentibus: ex alis rarius ramosus.

Folia radicalia elliptico-oblonga, piloſa, sæpe fuſca: *caulina* ſubovata, ſimpliter viſcido-piloſa.

Flores terminales cauli ramisque, in panicula dichotoma, ſenſim florente folioſa: foliis five bracteis reliquis conſimilibus.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: foliolis lanceolatis, acutis, latere, pro ſitu, membranaceis.

COR. *Petala* quinque, lanceolata, acutiſcula, apice oblique emarginata, calyce sæpius duplo majora, patentia.

STAM. *Filamenta* decem, calycis medio breviora, ſubulata, alterna baſi infidentia glandulæ elongatæ, diſco tumido; alterna intra petala baſi nuda.

Anthera didymæ ſubrotundæ.

PIST. *Germen* ovato-oblongum, ſtaminum altitudine. *Styl* quinque, breves, ſtellatim patentem. *Stigmata* ſimplicia, craſſiuſcula.

PER. *Capsula* cylindrica, ſuſum paullo attenuata; obtuſa, leviter curva.

SEM. ſubrotunda, pedicellis minimis receptaculo affixa.

Color Corollæ albus, Plantæ vero sæpius fuſcus.

SPERGULA.

30. SPERGULA *pentandra*, foliis verticillatis, ſeminibus marginatis.

Alſine